Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

119.

Fyrer Moritz mit seinen Gesellen verehret worden. -- Jedoch nur an dem einzigen kaum 3 Schuh hohen alten Kirchen-Fenster kan man 2 Heil. Bischöffe ersehen, so entweders die 2 ersten Patronen, oder wenigstens St. Valentin und Corbinian vorstellen müssen.

106) Aribo in vita c. 21; ubi locus dicitur Chorzes, hodie autem Körsch, pagus est in valle Vennstica valde amplus, septem leucis a Magis distans.

107) Paulus Diaconus l. 6. c. 58: Lindprandus initio regni sui Bojoariorum plurima castra cepit. Addit Rosinus sec. VIII. 85: e quorum numero a viris eruditis fuisse censentur viginiora Italiae Bauzanum, Magis, Teriolis, Sabiona etc. Initium regni non adeo stricte intelligendum videtur, sed pro primis saltem XIII annis: qui respectu XXXI annorum, quibus regnavit Luitprandus, initium utique dici possunt. Sed quanam Luitprando tanti belli causa? Guntrudam Theodoberti filiam, Luitprandi uxorem duxerat, ejusque nomine, partem ~~hereditatis~~ ditionis a Theodoberto relictae praetendebat; quam cum ultro non acciperet, armis acquisivit. Id quod longe certius esse judico, quam quod Aventinus et cum eo nonnulli de Landfrido, Waldramo et Eliland quasi Theodoberti Senioris filiis, absque idoneo teste, asserunt; eorum nempe juvandorum causa contra Grimoaldum bellum fuisse susceptum.

108) Aribo in vita c. 22, ~~et~~ 25, et 26; ubi: Episcopus autem sumto secum Clero locum amisit, ad Ragensem castrum pervenit. Per quendam ex suis Principi demandavit, quod sub omni celeritate ipsa maligna mulier in foveam, quam ipsa paraverat, corruere debuisset, et ipse cito vitam finit.

109) Aribo c. 27: Grimoaldus ab insidiatoribus interfectus est. Occasionem hujus belli refert Aventinus l. 3: Plutruda vidua Pipini in Bojoariam, unde oriunda erat, aufugerat, Bojosque contra Carolum Martellum privignum suum in arma concitabat. Grimoaldus eo tumultu occisus est. [Bellum id ~~et turbae ista triennio perduraunt. Nam Annales Tiliani apud Chesnium tell. Anno DCCXXV. Karolus primum pugnavit in Bajoaria~~ Fredegarius Continuator ~~apud Suny Rerum ad 8 Sept.~~ Carolus, inquit, coadunato agminum multitudine -- fines Bajoariensis occupavit. Subacta regione illa thesauris multis cum matrona quadam nomine Pilitrude et neptis sua Sonichilde egreditur.

110) Aribo c. 28.

L Eulos Rat. l. 6. scribit, ~~Plectrudam~~ Leutfridum Alamannie Ducem noluisse parere Carolo Martello, eo quod is filius Pipini senius nec legitimus haeres esset; idem exemplum secutum esse Grimoaldum Bojariae Ducem: hinc Carolum anno DCCXXV vel DCCXXVII Alemanniam Sueviamque oppugnasse: flüchtiget unsern Herzogen Luitfriden, mit seinem ganzen Heer, bey dem wald Feilenforst genant. Dises treffen hat auff beyden seiten viel Leuth kostet: doch seind der Schwaben mehr, dann der Franken drauff gangen: da neben andern auff Luitfrieden seiten tod bliben seyn sollen, Leupold ein Graf von Achalmen, und andere stattliche vom Adel, als von Hirzeck, von Rindecks, von Bregenz, von Dillingen, vom Hörligenberg, von Waldburg, und von Künigseck, etc.

L Gregorii Tur. c. 108.